filios israel cecidissent in descensu bethoron. Dns misit super
eos lapides magnos de cælo usq; azeca. et mortui sunt
multo plures lapidib: grandinis quã quos gladio per-
cusserant filii israel; Tunc locutus est iosue dño in die qua
tradidit amorræum in conspectu filiorũ israel. Dixitq;
coram eis; sol contra gabaon ne mouearis. et luna contra
uallem ahilon; steteruntq; sol et luna donec ulcisceretur
gens de inimicis suis; Nonne scriptum est in hoc libro
iustorũ. stetit itaq; sol in medio cæli nec festinauit
occumbere spatio unius diei; Non fuit ante eum postea tam
longa dies. oboediente dño uocibus hominis. et pugnante
pro israel; reuersus est iosue cum omni israel in castra gal
gala; fugerunt enim quinq; reges. et se absconderunt in spelun
ca urbis maceda; Nunciatũ est iosue quod inuenti essent
quinq; reges latentes in spelunca maceda; qui præcepit so
cietati; Uolute saxa ingentia ad ostium speluncæ et po
nite uiros industrios. qui claudos custodiant; uos autem
nolite stare. sed persequimini hostes. et extremos quosq;
fugientium cædite. nec dimittatis eos urbium suarum intra
præsidia; quos tradidit dns deus in manus uras; Cæsis
igitur aduersariis plaga magna et usq; ad internicio
nem pene consumpti. hi qui sibi effugere potuerunt
ingressi sunt ciuitates munitas; Reuersus est omnis exer
citus ad iosue in maceda. ubi tuti erant. casira sanis et in
tegro numero. nullus est contra filios israel mutire ausus. et;
præceptum est iosue dicens; Aperite ostium speluncæ. et producite
ad me quinq; reges. qui fecerunt ministerium
sibi fuerat imperatum. et duxerunt ad eum quinq; reges de
spelunca; rex hierusalem. rex hebron. rex iermoth. rex lachis. rex eglon; Cumq; educti essent ad
eum. uocauit omnes uiros israel. et ait ad principes exer
citus qui secum erant; Ite et ponite pedes super colla regum
istorum; Qui cum perrexissent et subiectorum pedibus colla
calcarent. rursum ait ad eos; Nolite timere. nec pauescatis.
confortamini et estote robusti; sic enim faciet dns cunctis
hostibus uris aduersum quos dimicatis; Percussit itaq; iosue
et interfecit eos. atq; suspendit super quinq; stipites. fuerunt
suspensi usq; ad uesperum; Cumq; occumberet sol. præcepit
iosue ut deponerent eos de patibulis; Quibus depositis
proiecerunt in spelunca in qua latuerant. et posuerunt sup
er os eius saxa ingentia quæ permanent usq; in præsens;
Eo die maceda quoq; cepit iosue. et percussit in ore
gladii. regem eius. illum interfecit et omnes habitato
res eius; non dimisit in ea ullam parvam reliquias;
fecitq; regi maceda sicut fecerat regi hiericho; Tran
siit cum omni israel de maceda in lebna. et pugnabat
contra eam; quam tradidit dns cum rege suo in manu israel;
percussitq; urbem in ore gladii. et omnes habitato
res eius; Non dimisit in ea ullas reliquias. fecitq;
regi lebna sicut fecerant regi hiericho; De lebna
transiit cum omni israel in lachis. et exercitu per gyrum
disposito obpugnabat eam; tradidit q; dns lachis